e-codices

Mediam diſruptam velim. oly credo edepol eſſe ſi quid tu frugi
Bona eſ. uerum edepol tua mihi odioſa eſt amatio inimica ē
Tua uxor mihi inimicuſ filius inimici familiares. sta qđ id refert tua
Vnus tibi hic dum propitius ſit iupiter tu iſtoſ inimicoſ caue flocciſecis
oly Nugae ſunt iſtec magnę quaſi tu neſcias repente ut emoriantͬ
Humani iouiſ ſ3 tandem ſitu iupiter ſit emortuuſ
Quom ad deos minores redierit regnum tuū qſ mihi ſubueniat
Tergo aut capiti aut cruribꝫ: opinionem eius res tͥ habeat tua
Si hoc impetramus ut ego cum caſſina cubem. oly non hercle opinor
Poſſe ita uxor acriter tua inſtat ne mihi detur. sta at ego ſic agam
Conijciam ſorteſ in ſitellam & ſortiar tibi et calino ita rem
Notam intellego neceſſum eſt uorſis gladijſ depugnarier
oly Quid ſi ſors aliter q̄ uoles euenerit. sta bene dice
Dijſ ſum fretus. deos ſuſperauimus. oly non ego iſtuc uerbum
Emiſſum ut tͥ eſt ſtalino nam omneſ mortales dijſ ſt̄ freti ſed tn̄
Uideo ego diſertos ſępe mvltos decipi. sta tace parum. oly quid uis
sta Eccvm exit foraſ calinuſ mevs cum ſitella & ſortibꝫ
Nunc nos collatiſ ſignis depugnabimus.

CLEOSTRATA. CALINVS. STALINO. OLYMPIO.

Tace caline certiorem me quid meuſ me vir uelit
ca Ille aedepol uidere ardentem te ex̄ portam me tuam
Crede ecaſtor vellet. cle at ego pol haud credo ſ3 certo ſcio
Pluſ artificum eſt mihi q̄ rebar ariolum hunc hēo domi
Quid ſi propius attollamuſ ſigna ſiamusq3 obuiam
Sequere quid uos agitis: ca adſunt q̄ parauiſti omnia
Uxor ſortes ſitula atque ogo met. sta te uno adeſt plus
Q̄ uolo. ca tibi quidem edepol ita uidetͬ ſtimulus ego nūc ſū tibi
Eo dico corculum aſſudaſſis iā ex metu maſtigia
cle Tace caline comprime iſtunc. sta immo iſtunc q̄ dicit dare
sta Appone hic ſitellam ſorteſ cedo mihi animū aduortite
Atque ego cenſui abſte poſſe hoc mecum impetrare uxorͬ mea
Caſſina ut uxorͬ mihi daretur & nunc ēt cenſeo
cle Tibi daretur illa. sta mihi enim ah non id uolui dicere
Dum mihi uolui huic dixi atque adeo dū m̄ cupio perperam
Iam dudum hercle fabulor. cle pol tu quidem atq3 ēt faciſ
Huic: immo hercle mihi. vah tandem redij: vix etiam in uia